

ut nesciat. Tale privilegium ex concessione pluriū Pontificum obtinet Celsissimus S. R. I. Princeps & Archi-Episcopus Salisburgensis, quō Episcopatus quatuor, Gurensem, Chiemensem, Secovensem, & Lavantinum, omni reservatione sublatā, libertim valet conferre. Videatur Historia Salisburgensis lib. 6. pag. 984. & plur. seqq.

9. Idem ferē dicendum est de jure patronatō, quō, accedente comprobatione Apostolica, fundator, dicator, aut contructor Ecclesie Collegiate seu Conventualis, si Clericus sit, jus conferendi Prælaturam nancisci potest, ut insinuat Magist. P. König ad tit. de Concil. Prab. l. num. 3.

10. Adhac jure præscriptionis, saltem imme-

morialis, Episcopis & ceteris Ecclesiastum Prælatis Collationem beneficiorum electivorum acquiri posse, colligitur ex Clem. un. in princ. de supplend. neglig. Pralat. Et ratio est: quia, 11. supposita capacitate possessionis, quam reipēctu juriū spiritualium certō habent Prælati Ecclesiastici, procedit regula, quōd tantum operetur præscriptio immemorialis, quantum operatur præscriptum ex dictis in tract. de Præscript. cap. 6. à n. 43. König cit. tit. n. 10. Pirhing ad tit. de Prabend. n. 86.

Quod attinet Laicos, illi titulō præscriptio, 12. nisi qualisunque, hominum quoque memoriam excedens, ob incapacitatem possessionis nequeunt ad Collationem habilitari art. dictorum cap. 1. n. 69.

SECTIO II.

De Objecto Collationis.

SUMMARI.

13. Objectum Collationis sunt Prælature. 14. In Germania reservata. 15. & seqq. Nempe dignitates, à Cardinalibus possessa. 17. & seqq. Aut ab Officialibus & commissariis Pontificis detente. 19. & seqq. Aut vacantes apud Sedem & in curia. 21. & seqq. Aut Sedis Apostolicae privatione. 23. & seqq. Aut ejusdem promotione vacantes redditae. 26. & seqq. Aut si fine

prima dignitas. 28. & seqq. Aut si per sententiam Apostolica quipiam depunatur. 30. & seqq. Non eriam si depositio fiat per sententiam Ordinarii. 32. & seqq. Opposita referuntur, & diluntur. 36. & seqq. Aliqui putant, Decanatum, à neo-electo Episcopo resignatum, fieri reservatum. 39. & seqq. Contrarium assertum, & probatur.

§. I.

Quānam Prælaturas de facto liberē possit conferre S. Pontifex in Germania?

13. Objectum Collationis sunt Prælature Ecclesiastica, quarum plerasque Summo Pontifici per speciales constitutions reservatas fuisse, confit ex num. 7. Quia tamen in cap. 1. num. 65. advertimus, ie Germania nostra cum Nicolao V. Romano Pontifice ex una; & Friderico III. Romanorum Imperatore rex altera parte, specialia Concordata fuissent, ac liberam facultatem Capitulorum Ecclesiastarum Germania ita fuisse restitutam, ut tamen adhuc aliqua reservatio suo in statu permanerit, non erit absire, modò speciam in recensere, quānam dignitates vi talis reservationis liberē possit conferre Pontifex.

14. Primo itaque, post Germanie Concordata, Collationi Pontificia sublunt Dignitates, quas possederunt ante obitum S. R. E. Cardinales. Textus in Concord. §. placet nobis conformiter Extravag. ad regimen 13. de Prab. inter commun. Exemplum allegat Georg Branden in collect. sacerdot. concordat. q. 16. n. 11. in Serenissimo Philippo Bavaria Duce, Episcopo Ratisbonensi, S. R. E. Cardinale &c. post cujus decepsum Capitulum Cathedrale proceperat quidem ad Electionem illustrissimi D. Sigismundi Friderici Fugger, eam tamen Sedes Apostolica casavit, atque propter singularia perfona merita non ratione Electionis, sed libera Collationis eidem Sigismundo Episcopatum Ratisbonensem concepsit.

Secundò ad Collationem Papalem spectant 17. Dignitates, per obitum alicuius Officialis vel etiam commentalis Pontificis, puta Vice-Cancellarii, septem Notariorum, Auditorum, Referendariorum, & aliorum, qui recententur in Concord. d. §. placet, vacantes. Exemplum adducit idem Branden cit. l. n. 5. in Francisco Orano, Palati Apostolici Auditore, cuius tres Prepositurae, quas in Diocesi Leonensi habebat, quantumvis elecivæ, & S. Pontifice post illius mortem liberē sunt collatae.

Tertio pro libitu confert S. Pontifex Prælatures apud Sedem & in Curia vacantes. Tales sunt Prælature eorum, qui quoru[m]cumque negotiorum causā ad Curiam Apostolicam (cujus nomine probabilis intelligitur locus, in quo cauafarum & literarum Apostolicarum audiencia est & expeditio. Wiefel. ad tit. de Prabend. n. 80.) accedunt, vel ea rediunt, quando in Curia vel extra Curiam in loco, ultra duas diætas, seu iter biduum non distante, moriuntur d. §. placet. Tales quoque sunt 20. Prælature, quarum resignatio fit in manus Pontificis, sive resignatio à principali prælato, sive ab absente per procuratorem fiat. Corvarvus, præl. quæf. 12. §. 1. n. 42. P. Engel ad tit. de Prabend. n. 9. infin. P. Pirhing ead. tit. num. 360.

Quarto

Quānam Prælaturas de facto liberē possit conferre S. Pontifex &c. 391

21. Quartò liberam Collationem habet Pontifex in Prælature, per depositionem, privationem, & translationem, authoritate Sedis Apostolica factam, vacantibus d. §. placet.

22. Hac de causa superiorib[us] annis Capitula Cathedralia, Frisingense, & Ratisbonense, Ecclesiæ suis, per Serenissimi Principis Clementis Episcopi ad Leonensem Ecclesiæ translatiōnem vacantibus, & propterē reservatis, ad Episcopii novi Electionem non potuerint procedere, nisi ex speciali Sedis Apostolice gratia, eligendi facultatem imperasset, ut recte adverit P. Wiefelner cit. tit. de Prab. n. 87.

23. Quinto sub liberam Collationem veniunt Dignitates, quas authoritate Apostolica promoti ad Episcopales, Archi-Episcopales, & Patriarchales Ecclesiæ, nec non Regimina.

24. Monasteriorum, possidebant, d. §. placet. Neque attendunt, an ejus generis dignitates per Electionem præviā delate sint, si modò Confirmatio ad Sedem Apostolica spectet: quia vacare censerunt non à tempore facte Electionis, sed impetrata confirmationis. Wiefelner cit. l. n. 92.

Sexto liberē conferuntur Prælature tum 25. Abbatiales, tum Episcopales, quarum Confirmatio ad Sedem Apostolicam pertinet, quando Elec[tion]e vel Postulatio aut debitō tempore non est celebrata; aut contra formam præscriptam instituta; aut ab indignis, vel de indignis formata; idēque à Sede Apostolica cassata, & reprobata est. Concord. in §. item placet. Pirhing ad tit. de Prab. n. 360.

Septimò Collatione Papali subiacet in Eccl[esi]is Cathedralibus proxima Dignitas post Pontificalem; & in Collegiatis major seu principialis. Concord. §. de cœteris. Talis ex hodiernis Germaniz moribus est Prepositura. P. Wiefelner cit. l. n. 103. P. Reiffenstuel ad eand. tit. n. 550. P. Schmalzgruber ib. n. 242.

Nisi forte & ipsa Propositura ex speciali indulto sit electiva, ut in Prepositura Metropolitana Ecclesiæ Salisburgensis constat ab experientia, quā primum anno 1714. die 24. Maij in Prepositum electus est Reverendiss. & illustriss. DD. Carolus Joseph. ex Comitibus de Kuenburg; & de Cathedrali Augustana testatur Branden ad Concord. q. 12. n. 2. de aliis aliis.

§. II.

An libere Collationi Pontificia reservata sunt Prælature, quarum vacantia ob crimen ipsò factò inducitur per Legem communem, in corpore Juris clausam?

25. N[on] Hac quæsiōne cum Georgio Branden ad Concord. q. 10. num. 3. indubitatum habeo, quōd, si Prælatura ipsò Jure propter crimen simoniae v.g. aut heresij in Jure dicitur amitti, ut in textu cap. ad abolendum 9. de Heret. & Extravag. 1. & 2. de Simon. inter commun. ac sententia declaratoria criminis (quām prædere debere, antequām poena per Legem dictatam locum habeat in conscienti, notum est ex trah. de Jure Legali cap. 1. n. 26.7) ab ipso Romanu[m] Pontifice, ejus Curia, vel Legato feratur, Prælatura sic amissa Collatione Pontificia 29. cœte reservetur. Deducitur haec resolutio evidenter ex Concordat. §. placet, ubi Pontifex omnes Ecclesiæ, per depositionem, vel privationem, per se vel sua authoritate factam, vacantes, sive dispositioni reservat, prout in num. 21. jam expressum est.

30. Si vero sententia declaratoria ab Ordinario, Episcopo, vel Archi-Episcopo feratur, contra Branden cit. quæf. 10. n. 8. cum Rebuffo, Pariseni, P. Engel ad tit. de Prab. sub num. 18. P. Wiefelner ead. tit. sub num. 38. verius judicio, amissas Prælatures non referat, sed electivas persistere. Ratio est: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis; hocque præsumit accidit in Concordatis Germaniæ, ubi in §. de cœteris beneficis promittit Pontifex, quōd ultra casus ex-

31. vatas fieri, sed electivas persistere. Ratio est: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis; hocque præsumit accidit in Concordatis Germaniæ, ubi in §. de cœteris beneficis forent reservata, que reservata non fuit.

§. III.

An Decanatus Cathedralis S. Pontifici reservetur, quando à Decano, in Episcopum ele[ct]io, ante Confirmationem resignatur?

32. Sic autem Branden ad Concord. q. 7. n. 24. §. 32. Wagnerbeck ad Reg. 26. (aliis 27. aut & q. 9. n. 4. Nicolarts ibid. tit. I. dub. I. 28.) Cancellaria §. ad hujus Cockier ad eand. Reg.

Reg. num. 24. Rationes sunt. I. quia in Concordat. in n. 17. allegatis expressè reservanuru Dignitates, quas habent promoti ad Episcopatus: cui reservationi officere nequit facta resignatio à promotis: cum in fraude conventionis & Legis publicæ fiat. II. quia in cit. Reg. Cancellaria prohibent & irritantur omnes resignations Dignitatum & beneficiorum, que promoti ad Prelaturas quasvis faciunt post Elecciónem, ante impetratam Confirmationem: indeque inferri videtur, quod primū incipiāt vacare post diem Confirmationis, fiantque Pontifici reservata. III. quia Rota Romana in una Paderbornensis Propositura si declarasse fertur.

37 Sed alterius sententia sunt P. Engel cit. l. num. 37. & P. Wieschner ibid. n. 99. P. Schmalzgruber ibid. n. 160. Rationes sunt. I. quia Concordata non reverant dignitates vel beneficia jam resignata, sed adhuc possefa tempore Confirmationis. Neque facere censetur in fraudem conventionis vel Legis publicæ, qui jure resignandi, quod habet, utitur; præterim cùm aliquando positrationibus occurrere resignandi causa, ut nō vixerit electus Decanus, post discessum alterius

38 *39* *40*

SECTIO III.

De Effectu Collationis.

SUMMARIÆ.

43. Quid operetur Collatio ex mente aliorum? 44. Ex nostra sententia operatur jus in re. 45. Item jus administrandi &c. 46. Vi-

§. I.

Quale jus operetur Collatio?

- 43* Collatio, sicut ex Azorio notat Augustinus Barbofa de Off. & pot. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 4. num. 8. habet viii Electionis, nominationis, designationis, presentationis, institutionis, Confirmationis.
- 44* Brevius & commodius dici potest, Collationem, si acceptata sit, operari jus in re arg.

§. II.

Tributum Collatio jus administrandi?

- 45* Sic concludendum videtur, si conferantur, quae in cit. cap. 1. n. 525. & seqq. allata sunt: cum enim, ut ibidem dictum est, Confirmationis tributum jus administrandi, ac omnes actus Jurisdictionis exercendi; tribuet quoque similem potestatem Collatio, quæ, quia immediata à Superiori venit, non debet minori energiæ, quam Confirmationi, pollere.
- 46* Sed difficultatem movere Barbofa cit. l. n. 9. ubi non Collationi, sed literis Apostolicis viii administrandi tribuit, motus Extravag. injuncta 1. de Elect. inter commun. in qua Bonifacius VIII. severè prohibet, ne, qui apud Se- dem Apostolicam promoventur, ad commissas

gignata-

ginitates, vihius Collationis administrare in collatis Ecclesiis: quamquam ipsi Collatio non ante habeatur pro perfecta, & completa,

quā literæ Apostolicæ desuper formatae fuerint, conformiter iis, quæ de rescriptis gracie docuimus de Jure Legali cap. 8. n. 141.

CAPUT VI.

De Modis Amittendi Prelaturas Ecclesiasticas.

*H*actenus de Modis acquirendi Prelaturas Ecclesiasticas pér quinque Capita tractatus noster diffusus erat. Fides publica, quam in primo operis ingrediū deditimus, jubet, ut de Modis amittendi Prelaturas eundem tractatum concludamus. Paremus igitur, & Modos illos sic explanamus, ut, quæ de amissione Prelaturarū dicentur, ad inferiora quoque beneficia cum proportione applicari valeant.

SECTIO I.

De Renuntiatione.

SUMMARIÆ.

1. & seqq. Renuntiationis duplex accipio. 3. Definitio. 4. & seqq. Debet esse spontanea, & libera a mens. 8. & seqq. Meus iustus non officit. 10. Etiam jus ad rem cadi sub Renuntiationem. 11. Debet fieri legitimè. 12. Alia est tacita. 13. Alia expressa. 14. & seqq. Item pura vel conditionata, quæ non est licita de Jure. 21. Renuntiare possunt omnes beneficii. 22. & seqq. S. Ponit. 27. Fomina. 28. & seqq. Minorensum, salvò reprobatione auxiliò. 33. & seqq. Non autem Novitii Religiosum. 38. & seqq. Aut inservi, si defessum intra 20. dies; ubi de regula Cancellaria &c. 50. & seqq. Potest quis renuntiare per procuratorem. 52. & seqq. Resignatarius debet esse capax beneficii, quod ipse renuntiat. 59. Agitur de sensibus & inservi. 60. Ac Consanguineis. 61. & seqq. Renuntiarius potest accipere Resignationem per procuratorem. 63. Regulariter omnes Prelaturarū & beneficia Renuntiationem admittunt. 64. & seqq. Explicatur ligiosa. 66. & seqq. Eleccia. 69. & seqq. Jure Patronatus affecta. 71. & seqq. Jam anissa quoad ita-

§. I.

Quid sit Renuntiatione?

- P*rimus modus amittendi Prelaturam Ecclesiasticam est Renuntiatione. Hæc duplícem, tamque planè diversam significatiōnem, fortuit. Primo namque renuntiat idem est, ac mutuare, seu referre, non tantum in Sacro Codice Matthæus 2. v. 8. ibi: ite, renuntiate mihi; sed etiam in Jure profano l. adversus 1. v. 1. ff. si mensur fals. mod. dix. ibi: interest nostræ, ne saluum in hismodi renuntiatione; & l. si quis aliquid 38. §. 1. ff. de Pan. Secundū renuntiat denotat id, quod cedere, remittere, dimittere, resignare. I. si abjicit 11. §. 1. ff. de Legatione. l. naturaliter 12. §. 1. ff. de Acquir. vel P. SCHMID JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

D d d

hæc

amitti posse. l. fid. ersi 4. §. 4. ff. si quis canonicis. l. si quis in conservanda 29. Cod. de Patl. González in commentariis ad cap. literas 1. de Renuntiatione. num. 7. Ita hoc profrema significatiōne accipit Renuntiatione in tit. 9. Libri 1. Decreto X. in VI. & Clementia. diciturque promulgatæ Resignatio, ac

Definitur, quod sit spontanea Prelaturæ Ecclesiastice dimissio. *Sed invenimus, quod*

Dixi l. spontanea; partim, ut discriminarem Renuntiationem à Depositione, quæ quis invictus Prelaturarū privatur: partim, ut excludem Renuntiationem, metu iniurij exortam:

5 haec enim in multorum opinione, cui post alios, à se relativos, adharet Gonzalez in cap. ad audiendum 4. de his, qua vi metus 6. n. 2. est penitus nulla; in aliorum autem sententia, quam tenet Panormitan. ad cap. ad annes 3. d. e. n. 2. Garcias de Benf. p. 11. cap. 3. n. 143. Wielfner ad h. i. n. 4. Flamin. Partius de Regnatis. benef. lib. 13. q. 2. n. 8. aliquot Rota Romane decisiones allegans, et ipsò jure validā, sed inlata aliorum actuum, meru extortum, rescindibilis per cito. cap. ad annes 3. & cap. ad audiendum 4. de his, qua vi metus causa &c. præterquam si quis iniusta laicorum detentio vel incarceratione adcedunt compulsius fuerit; quod casu in Clement. multorum 2. S. face. de Pren. Renuntiatio ipso jure pronuntiatur nulla. Partius d. l. n. 18.

7 Quodlibet, ut interdum fieri solet, ex merito iusto Prelatus ad resignandum adigitur, forte quia alias depositionem ex merito formidantur.

§. II.

Quotuplex sit Renuntiatio?

12 Renuntiatio duplex est, expressa & tacita. Tertia est, quæ ex tacita voluntate Prelati, factō quoddam manifestat, eruitur; veluti si Prelatus Secularis Religionem ingrediatur, aut Prelatus Regularis a mitiori ad strictiorem. Ordinem transfeat arg. cap. ex transmissa 3. b. t. & cap. beneficium 4. a. Regular. in 6. Si Clericus beneficiatus, in minoribus Ordinibus constitutus, Matrimonium contrahat cap. si qui 1. cap. quod à 103. cap. diversi 5. de Clerico. coniugar. si quis absque dispensatione secundum beneficium, incompatible cum primo, impetrat cap. de mutua 28. de Prabend. Flamin. Paris. lib. 1. q. 1. à 10. Aliud exemplū refertur in cap. ex ore 3. de his, quæ sunt à major. part. Cap. 13. Expressa est, quæ expressa extiterit voluntate, verbo vel scripto, contingit. Eaque vel pura est, quando nimis citra ullam conditionem vel reservationem Prelatura absolute dimittitur; vel conditionata, quando sub conditione vel reservatione aliqua Prelatura abdicatur. Ejus generis Renuntiations sunt I. si fiat Renuntiatio in favorem certa personæ, II. si fiat ex causa permutationis, dum v.g. Titus suam Prelaturam eō pactō resignat, ut in Prelaturam vel beneficium Sempronii successoris sui substitutetur. III. si fiat cum reservatione certa pensionis & frumenti &c. IV. si fiat cum reservatione regresiū in casum, quod successor mortuus, Religionem Professus, aut ad aliam Dignitatem translatus fuerit.

§. III.

Quinam renuntiare possint?

21 Regula est: renuntiare omnes posse, qui jus in Prelatura (vel beneficio) habent, eauscunq[ue] preeminentia, dignitatis, aut conditionis existant. Clariss. D. P. Guerather. Instit. Can. lib. 1. tit. 19. n. 3.

In specie resignare potest I. S. Pontifex, per expressam declarationem nostri Calefini V. tum verbo tum inaudito antehac exemplū manifestatum per textum in cap. quoniam 1. h. t. in 6. Joann. Andreas, Vivianus, Barboſa, Wagner.

Quinam renuntiare possint?

395

Wagnereck & alii Interpretes ad idem cap. 9. 7. n. 25. (quatenus non admittit restituitionem, præterquam si dolus adversarii concurrat) sententia Covarruv. lib. 1. Var. refolut. cap. 5. n. 3. P. König h. t. n. 5. P. Wieseler ad tit. de Restitu. in integr. n. 61.

10 III. renuntiare possunt, qui vel à seculo ad Religionem, vel ab uno ad alium Ordinem se conterunt; non tamen ante duos menses proximos ante Professionem. Nam Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 16. generaliter decrevit, si nulla Renuntiatio valens, nisi intra dies mensis proximos ante Professionem fiat, ac non alias intelligatur, effectum suum sortiri, nisi scura Professione. Sub qua generali dispositione, 34 quia etiam Renuntiatio beneficiorum Ecclesiasticorum, & maximè Prelaturarum, comprehendatur, nullatenus habetur: nam libertas regreſtis, intuitu cuius præsumuntur. Concilii decretum est edictum, nullibi magis proficitur, quam in Prelato Novitio, qui si Prelaturam jam renuntiata, & alteri delata cerneret, non jam sponte, sed invitè profiteri posset, timens, ne regreſtis è Novitatu & commodi & honore Prelatura carere cogatur. Azor, Donatus, Tamburin. de Jure Abb. tom. 3. disp. 6. queſt. 10. n. 3. Wielfner hoc n. 36. Verani ibid. §. 7. n. 12. Reiffenstuel ead. loc. nam. 30. & seqq. Flaminius d. lib. 3. q. 13. ubi in n. 5. affirmit, sapientia à sacra Confessione sic decūmū effe.

Unde validum non est, quod Garcias, Palao, & Barboſa de Off. & pos. Episc. allegat. 59. n. 10. pro contraria & sua sententia formant argumentum: in cit. loc. Trid. de sola temporalium bonorum & officiorum Renuntiacione fermonem effe; sicut beneſiciorum Renuntiacionem, Jure antiquo liberè permittam in cap. ex transmissa 3. b. t. & cap. beneficium 4. de Regular. in 6. adhuc in suo valore perfistere. Nam, ut primum audivimus, dispositio & ratio Synodi Tridentinae universalior est, quā ut exclusionem beneſiciorum sufficiat. Nec, quod Renuntiacionem in favorem cause piz inclusat, excludit aliam, quæ ex causa fit alia: utrumquidē particula eius, quæ implicativa est, & ab expeditis diversa continet, ut ipsem Barboſa adstruit in Diction. ejusdem frequent. dict. 112. n. 4.

IV. possunt renuntiare Prelati (& alii beneficiari) tam fani, quām infirmi; cum haec tamē differentia, quod circa infirmos prodita sit Regula Cancellarie 18. vel, juxta aliorum computum, 19. quæ sic sonat: si quis in infirmitate confitimus resignaverit, fove in Curia Romana, fove extra illam, aliquod beneficium, fove simpliciter, fove ex causa permutacionis, fove alias deſerit, an illius commendā ceſerit, fove ipsius beneficii dissolutioni conſerit, etiam vigore ſuppliacionis, aut effet ſancte, signata, & poſta infra 20. dies, à die per ipſum Regnante praefata conſerit, computatas, de ipſa in infirmitate deſerit, & ipſum beneficium quāvis autoritate conſertratur. collatio huiusmodi fit nullo, ipſumque beneficium nihilominus per obitum tenetur vacare. Ratio 39 non duplice hujus regulæ dat Flamin. lib. 2.

q. 1. num. 1. videlicet ne fraudentur Ordinarii Collatores, exp̄ctantes, aut ab alio nominati; neve dispositio vel successio hereditaria per Resignationem in favorem personae inducatur, conformiter textui in cap. ult. b. t. in 6. Hic tamen pro majori regulæ dilucidatione

40 Notandum I. cum non pertineat ad infirmos resignantes, qui tempore Resignationis factæ morbo quādām non-lethal, v. g. podagra, tertianā febri &c. detinebantur, & postea in morbum fatalem, ex quo intra 20. dies decedunt, incidebant. P. Engel ad tit.

41 de Prudent. n. 30. Ratio est: quia in regulâ non gratis adduntur verba: *h. de ipsa infirmitate deceperit*; ad denotandum, duo requiri, videbunt ut aliquis in infirmitate resignaverit, & simul illa infirmitas causa mortis extiterit, quatenus illorum præposterior Resignationibus via præcludatur, qui probabili mortis timore perculsi, qui per hereditarium successionem ha beneficia, quæ retinere se deinceps posse deliperant, alii consignant.

42 Notandum II. die 20. non præcisè à tempore Resignationis insinuata, vel à Superiori concessis, sed à tempore præstiti, ac post Superiori concessionem iterum consensu computandam esse, adēt ut si aliquis vel statim ab initio insinuat Resignationis fatali morbo decubuerit, vel faltem eō tempore, quō juxta stylum Romanae Curie secundū vice confessum exprimere debuit, lethaler argrotus jacuerit, ac postmodum intra dies 20. expiraverit, Resignatio fit nulla. Hoc quippe insinuant verbis: *etiam vigore supplicationis, dux est ferme, signata;* & declarat stylus Curie, quō resignatur, postquam Curia comprobavit Resignationem, de novo sūmum consensum manifestare tenetur. Flamin. Paris. d. lib. 12. q. 6. n. 6. P. Pirhing b. t. n. 34.

43 Notandum III. quorūcumque beneficiorum, tum simpliciū, tum curatorum, tum etiam Prelaturarum Resignationes, sive Roma, sive extra coram Ordinario fiant, dicta regulâ comprehendunt, ut fatisliquet ex verbis aliquod beneficium; item in *Curia Romana*, sive extra illam; & quādām autoritate collati &c. Barbosa f. E. V. lib. 3. cap. 15. n. 130. P. Engel cit. n. 31. P. Pirhing cit. l. n. 35. P. Wielchner cit. n. 40. & 42. Parif. d. Lq. 3. per tot. ubi tamen in n. 41. excipit beneficia confistorialia & q. 5. n. 8.

44 Notandum IV. Resignationem infirmi, quantum attinet ipsius personam, conferi validam, ubi à legitimo Superiori fuerit admissa: utpote cum nihil ad valorem Resignationis requiratur, quam resignati voluntas, à Superiori comprobata; quatenus tamen attinet Ordinariū collatorem, vel resignatarium, Resignationem censeri nullam: ed quod beneficium, ita resignatum, secutā intra 20. dies morte, secundū formalia citata regula verba per obitum censeantur vacare. Card.

de Luca de Benefic. dif. 34. n. 6. & seqq. Hinc 46

§. IV.

Quānam Renuntiatione possit fieri?

52 **S**loquamus de Renuntiatione secundūm stylum Juris communis, Renuntiatione fieri non potest alteri eō sensu, ut in illius favorem cedat, isque beneficium resignatum confeatur ex n. 17. Sed quia ex dispensatione Pontificia ex n. 20. Renuntiationes in favorem personæ sunt frequentissime, pro illarum intelligentia generaliter sciendum est, quod, si hanc in favorem personæ non idonea, sint nulla. Flaminii Parif. lib. 4. q. 1. per tot.

54 Ratio est obvia: quia beneficium Ecclesiasticum, ut non potest alteri, quam idoneo conferri, prout alibi monstrabitur, & patet ex cap. i. 4. n. 178. & cap. 4. n. 17. cap. cum in cunctis 7. in pr. de Eleci. ita nec alteri, quam idoneo, resignari.

55 Inferatur I. Renuntiationem in favorem Laici, tamēt statim Clericatum siamur si paratus, non valere: nimis enim manifesta Laicorum est incapacitas ad beneficia, eaque per supervenientem Clericatum, qui requiritur tempore concessiū accepit beneficium, suppleri vel tolli non potest. Flam. d. lib. q. 2. n. 2. & 15. Quin etiam, si resignatarius incellerit in habitat Clericali, ideōque pro Clerico communiter fuerit agnitus, beneficium sibi resignatū apprehendit vel retinere nequit: utpote cum error communis non tollat incapacitatem personæ, licet interius, usquidem non detectur, gesta persona incapaci ob utilitatem communem suffineat, per I. barbarus 3. ff. de Offic. Praes. Rota Rom. apud. cit. Flamini. n. 19.

56 n. 2. & 15. Quin etiam, si resignatarius procuratorem promittere voleat? Relp. affirmativè, & ita quidem, ut idem procurator, ad resignandum constitutus, Resignationem acceptare, vel pensionē promittere voleat. Flam. lib. 9. q. 23. n. 9. Wiel. b. t. n. 83. Non enim implicat, ut una persona vicem duarum aut plurium suffineat; & consequenter sub nomine resignantis beneficium dimittit, & sub nomine resignatarii beneficium dimittit cum vel sine reservatione accpetat.

57 Inferatur II. beneficium illis, qui patiuntur defectum in etate, nativitatē, scientiā, moribus &c. resignari non posse: ex quo enim similis defectus oblat collationi, Electioni,

§. V.

Quānam Prælatura vel Beneficia Renuntiationem admittant?

63 **O**biectum Renuntiations sunt beneficia, non tantum inferiora, sed etiam majora, Dignitates, & Prælature. Barbosa f. E. U. lib. 3. cap. 15. n. 125. Flam. lib. 2. q. 1. n. 1. & 2.

64 Excipiuntur I. Prælatura & alia beneficia litigio: hoc enim, licet ab solute possint resignari (nam ipsa quoque lis & controversia Resignationem non respuit) in alterius tamēt, quam litigantis favorem, resignari non possunt arg. cap. si. 2. n. 1. l. pend. in 6. vel quia, pendente lice, nil innovare vel alienare licet:

65 vel quia non expedīt, item jam motu inter personas certas ad alias extendere: vel quia presumptio fraudis latere videtur. Flam. d. lib. q. 3. num. 1. & seqq. & n. 100. & seqq. P. Guerather Inf. Jur. Can. lib. 1. tit. 19. n. 9.

66 Excipiuntur II. Prælatura electiva, que quidem Renuntiationem absolutam ac puram non dedignantur, attamen in favorem

vel alterius generis provisioni, obstat quoque Resignationi. Flamin. d. lib. q. 3. & seqq. Et 58 idem in supplicatione pro admittance Resignationis in favorem exprimi debet qualitas resignatarii; & caterroquin ob - vel subreptio cœficitur & nulla per textum in cap. super literis 20. de Rescript. nec ulla sperari poterit dispensatio, nisi detectus, qui subest, explicetur.

Petes I. utrū in armis, senibus, aut consanguineis beneficium aliquod resignari valet?

Relp. I. beneficium infirmis ac senibus resignari posse, si modò vel infirmitas non nimium sit duratura; vel senectus ob virium debilitatem impotentiam ad functiones beneficii non causet. Flamin. d. lib. q. 8. per tot.

Relp. II. beneficium in favorem consanguinei, si de cetero videatur esse beneficium dignus, licet & validè resignari: motivum quippe consanguinitatis (e solo nec facit impedimentum, nec constituit fundamentum simonis, veluti in 10. 3. lib. 5. de simonia probatur).

Petes II. utrū resignatarius Resignatio nem per procuratorem acceptare, vel etiam resignanti pensionem promittere voleat?

Relp. affirmativè, & ita quidem, ut idem procurator, ad resignandum constitutus, Resignationem acceptare, vel pensionē promittere voleat. Flam. lib. 9. q. 23. n. 9. Wiel. b. t. n. 83.

62 Non enim implicat, ut una persona vicem duarum aut plurium suffineat; & consequenter sub nomine resignantis beneficium dimittit, & sub nomine resignatarii beneficium dimittit cum vel sine reservatione acceptat.

sciente & permittente Patrono, cui cetero-
quin jus praestandi vel nominandi per indi-
rectum ad tempus vel in perpetuum auferre-
tur. Rota Rom. in rec. p. 3. dec. 443. num. 1.
70 Idcirco Resignatio, Patrono non consulto vel
invito facta, vel ipso Jure non subsister per
cap. determinis 32. XVI. q. 7. vel, ad instantiam
Patroni resindetur per cap. illud 8. de Jure
Patroni. Covarruv. pral. qq. cap. 36. num. 9.
Innocent. in cap. ult. h. t. Flamin. d. l. 2. q. 4.
an. 4.

71 Excipiuntur IV. Praelatura & reliqua be-
neficia, quibus aliquis aut ipso Jure, aut per
sententiam Ecclesiastici Judicis est privatus.
P. Pirhing ad b. t. n. 36. deficit enim jus, cui
Renuntiatio fiat.

72 Quodsi privatio sit statuta à Jure, sententia tamen declaratoria-
necum promulgata, Resignationem admittere
videtur Flamin. d. lib. 2. q. 16. n. 1. attra-
men reclamantibz Gonzalez in Reg. 8. Can-
cellar. gloss. f. 1. n. 14. Gutierrez Q. Canon.
cap. 4. n. 44. Wiefner ad b. t. n. 21. elo enim
renuntiantes ante sententiam declaratoria-
maneat in possessione facti; nihilominus pos-
sessione juris & titulō jam desitutus, nihil
ampius habet, quod alteri possit cedere.

73 Planè si quis vereatur, ne beneficium amittat
per sententiam condemnatoriam, hoc ipso
quod possessione juris & titulum habet,
renuntiare non prohibetur. Garcias de be-
nefici. p. 11. cap. 3. a. num. 62. Wiefner ad b. t.
n. 24. Guerather cit. tit. 19. n. 4. Verani ad
74 Reiffenstuel lib. n. 51. Nec
interire, utrum accusatio pendaat super cri-

mene, nec ne: nam etiam post item conte-
statam, quin & post conculcionem in causa,
validam esse Renuntiationem, cum citatis
Authoribus, pluribusque aliis, necnon itera-
tis Rota decisioibus, merito tenet Flamin.
cit. q. 16. n. 8. & seqq. per textus in cap. ex lexis. 73

10. de Excel. Pralat. cap. ult. eod. cap. cum no-
bris 6. de Concil. prob. cap. per partem 32. de Simonia
cap. adum 54. Elec. in f. ibi: cùm non restaret,
nisi preferenda sententia, idem sane iuri (quod ei
competere videtur) quam illi celsis frontanea vo-
luntas, cuius cessionem auximus admittendam.
Quamquam in eo differentiantur inter Resigna-
tionem, que pendente fit lite, & eam, que
alias interponitur, agnoscat Flamin. d. q. n.
24. quod illa requirat mentionem illis seu ac-
cusacionis pendentis arg. cap. confitimus 19. de
Rescript. & cap. ult. Us late pend.

75 Excipiuntur V. beneficia, ad quorum ti-
tulum quis ordinatur: nam, ut loquitur
Concil. Trident. sif. 21. de reformat. cap. 2. non
possunt resignari, nisi fallax mentione, quod re-
signans ad illius titulum sit promotus; neque ea
Resignatio admitti potest, nisi confitit, quod
aliunde vivere commode posse; & aliter facta Re-
signatio nulla declaratur. Cujus ratio est: 75
quia, ex quo nullus absque beneficio potest
ordinari, ne cum opprobrio status Clericis
mandicare compellatur, nullus etiam benefi-
cium, ad quod ordinatus esse noscitur, ob
eandem rationem resignare permititur, nisi
aliunde competentia habeat subfudia. Rota
Rom. in rec. p. 3. dec. 415. n. 1. 2. & 3. Flamin.
d. lib. 2. q. 6. n. 35. & seqq.

§. VI.

Quanam Conditions, ad Renuntiationem sint necessarie?

75 Ut justa sit Renuntiatio, præp. iusti-
ta requiritur causa: nam Ecclesiam, ad
quam aliquis Divini Judicij vocatus erat,
relinquere sine causa, res pessimi exempli,
manifesti periculi, & magna temeritatis est.
80 Et quidem si Episcopi & Prelati majores re-
nuntiante cupiant, una ex causis, in cap. n. 10.
b. t. determinatis, subsistit, perneceatum est: si
quidem in eo S. Pontifex Innocentius III. ab
initio statim meminit, quod velit enumerare
causas, ob quas cedendi licentiam habeat.
Episcopus, in verb. inveni te volumus, quod ha-
bita, per quae cedendi Episcoporum licentiam posse
postulare; &c.

81 Postea enumerat fer. causas;
quarum prima est debilitas corporis, ex senio vel
infirmitate contracta, faciens Episcopum im-
potentem ad officium pastorale exequendum.
82 Quod etiam reducitur inter partes aeris, Epi-
scopinatur contraria, & Medicis agita, ac per-
iculi mortis causativa per textū in cap. ad sup-
plicationē 9. b. t. Pignacel. 10. 4. consil. 137. n. 12.

83 Secunda est conscientia criminis, non qualisun-
que, sed gravioris, propter quod ipsius officii
executio, post peractam quoque peniten-
tiā, impeditur; quale est limonia. Tertia
est carensa sufficientia scientia, quod ea, que
pertinent ad manus Episcopale; de qua plura

85 in cap. 1. a. n. 198. Quarta est irregularitas, 85
in qua defaci dispensari non solet; cuiusmo-
di est illa, quæ ex bigamia & homicidio vo-
luntario suboritur. Quinta est malitia, 86
plebis, seu tanta populi obstinatio, ut nec ver-
bis nec exemplis Episcopi refractari cervi-
cem inflectat. Sexta est scandala, ex illo, 87
laudabili conservatione causulum, tamque
grave, ut aliò mediò, quoniam Renuntiatione,
nequeat aut evitari aut expurgari. Poti-
88 caulas, ita enumeratas, subjungit Pontifex: si
proper alias causas cessionem efficit, non est in hoc
sibi possumus favendum: cùm hisjunctis possumus
non videtur esse diversa. Adeoque fati-
dicat, ob causas alias Resignationem Episco-
porum non esse permisam. Ita post Holtien-
sem, Antonium de Butrio, & alios Interpre-
tes Clariss. P. Guerather cit. tit. n. 12. & seq.
& Clariss. P. Schmalzgrueber ibid. n. 35. con-
tra Flamin. lib. 5. q. 3. n. 203. & Schambogen-
ad b. t. n. 12.

89 Equidem in fine cit. cap. ait Pontifex: ecce
te tibi duximus relinquendum, ut distinguis tibi
causa, proper quas cedere oporteat, si proper ali-
quam causam utilem & honestam in ejusmodi pro-
posito per severa, de licencia nostra cedes. Ex quibus
verbis aliae etiam cause permisae videntur.

Sed

Quanam Conditions, ad Renuntiationem sint necessarie?

90 Sed non ita. Nam causa utilis & honesta ex-
mente Pontificis non censetur, que in eod. cap.
non fuit expresa. Ergo memorata verba fi-
nalia, dum easam honestam admittunt, de tali
iunt interpretanda, quæ antecedenter erat
determinata.

91 Quoad Prelatos minores nullæ sunt causæ
determinatae: consequenter etiam leviores,
uti v.g. eis feniū, morbus, defectus corporis
aut animi &c. sufficere possunt: idque ob de-
fectum vinculi matrimonialis, quod Pralati
huiusmodi parent. Zyparus in Analy. Juris
Pontif. b. t. n. 1. P. Engel d. t. num. 6. P. Konig
ibid. n. 15. P. Schmalzgrueber cit. l. num. 38.
P. Guerather cit. l. n. 11. Murga d. t. n. 102.

92 Ad hanc ad omnem Renuntiationem requiri-
tur authoritas Superioris, & regulariter il-
lius, cuius est confirmatio vel collatio benefi-
ciū resignati.

93 Textus pro prima parte est in
cap. admonit. 4. & cap. ult. b. t. ac ratio, quod
sicut institutio & acquisitione quorumcunque
beneficiorum ab Superiori authentica
comprobatione non fit cap. beneficiū. d. R.
f. in 6. ita nec substitutio seu celsis fieri de-
bet. Ne videlicet aut debita subordinatio
prætereat, aut mille alia inconvenientia fe-
quantur. Rota in rec. p. 3. dec. 124. n. 2. Niſi
quis jus ad rem volummodo haberet, quod si-
naturate prædicti Superioris adbarari vel per cap. 6
Elec. 26. de Elec. in 6. Barbosa f. E. lib. 3.
95 cap. 1. num. 25. Pro parte secunda tex-
tus sunt in cap. literas 1. cap. ult. b. t. cap. cum ve-
rborum 7. de Confus. cap. si Abbatem 36. de
Elec. in 6. Rota p. 9. tom. 1. dec. 2. 10. num. 17.
in quibus habetur, Episcoporum & Prelato-
rum exemplorum Resignationes in manus
Pontificis; reliquorum Prelatorum in manus
Ordinariorum facientes esse, sine dubio: quia ta-
lium est. Electiones confirmare, aut ipsas Ec-
clesias conferre: ut adeo & abdicatio ab illo-
rum arbitrio pendere debat. Flamin. de Re-
signat. lib. 7. cap. 10. 10. Murga. l. n. 1024.

96 Dixi regulariter. Excipiunt enim Renun-
tiationes conditionatae, que, quia ex n. 15.
& seqq. Jur. Commun. advertantur, neque-
unt ab alio, quam Romano Pontifice, qui supra
Jus est, legitimari. Rota p. 4. tom. 1. dec. 120.
num. 2. & dec. 5. q. 2. p. 5. tom. 1. dec. 190.
num. 4. Murga cit. l. num. 1023. Gonzalez ad
cap. admonit. b. t. num. 5. & 6. Barbosa cit. cap.
num. 43. & seqq.

97 Dubitabiliter tamen I. an resignans coram Epi-
scopo posuit falem personam certam pro fuc-
cesore eidem commendare?
Rip. cum Covarruv. var. ref. lib. 1. cap. 5.
num. 5. Barbosa cit. l. num. 60. Zoel. ad rī. de
Simon. n. 72. P. Engel hic num. 8. quod posuit.
Ratio est: quia talis commendatio nec potum
est, nec causa movens & inducens, sed tantum
occasio & via ad collationem. Potest igitur,
citra peccatum, Episcopus personam com-
mendatam resignantem in beneficio substituire,
sic cateroquin digna & habilis reputetur, non
quoniam ac si nunquam commendata fuisset arg.
99 cap. ena nos 34. de Simon. non attentā quādam

Bullā Pii V. qua incipit quanta Ecclesia, ac pro-
hibet omnem designationem successoris in be-
neficio: illa etenim explicari debet vel de de-
signatione cum pacto, vel de substitutione in
beneficio needum vacante.

Dubitabilis II. an si resignans coram Ordi.¹⁰⁰
nario addiderit clausulam, quod aliter resignare
non velit, quād in favorem tertii, possit
Ordinariorum talem conditionem rejicere, & be-
neficiū alteri, quā nominato a resignante,
conferre?

Covarruvias d. l. cum Redoano de Simon.
p. 2. cap. 13. n. 9. affirmativam amplectitur,
ex ratione: quia talis conditio, cum turpis
sit, & SS. Canonibus inimica, rejici potest, nec
acceptari debet arg. cap. fin. de Condition. appos.
Sed negativam, cui Zoelius cit. l. n. 73. Bar.¹⁰¹
boha f. E. lib. 3. cap. 15. n. 46. P. Engel cit. L
num. 9. suffragantur, meliore agnolico. Ra-
tio est: quia actus conditionatus, cum volun-
tatem suppendat, debet vel admittit cum condi-
tione, vel cassari ex toto s. sub conditione 4.
Ins. ac V. O. l. sub conditione 16. in pr. ff. de Can-
dit. indeb. l. qui heredi 44. §. ult. l. Marci 55. ff.
de Condit. & demonstr. Er confirmari¹⁰²

potest hac ratio ex Resignatione, que causā
permunctoria interponitur: hæc namque,
ceu conditionata, non habet effectum, quan-
do unius resignavit, & beneficium dimisit; al-
ter vero resignare, & beneficium dimittere re-
cusat cap. cum universorum 8. de Rer. permis.
Itaque tenuit Rota in rec. p. 2. dec. 111. n. 3.

Ratio Covarruvie non urgat. Enim vero¹⁰³
conditio turpes, actibus inter vivos (ex-
cepto matrimonio) adjecta, non vitantur,
sed potius vitant, & irritant actus s. si impossibilis
1. Ins. de Invi. stipulat. l. non solam 31. ff.
de O. & A. adeoque & Renuntiationem, sub
conditione simili peractam, efficiunt invalidam.

Dubitabilis III. an Resignatio, sine authori-
tate legitimi Superioris facta, sit nulla?

Panormitan. ad cap. quod in dubio 8. b. t. n. 3.
Flamin. d. lib. 7. q. 1. a. n. 12. P. Wiefner ed.
tit. n. 68. P. Guerather cit. tit. 19. n. 8. cum
distinctione respondet, ac talem Renuntia-
tionem ex parte renuntiantis validam, ex parte
vero Superiori invalidam pronuntiantur:
cum arg. cit. cap. quod in dubio 8. b. t. tum arg. L
si unus 27. §. penult. ff. de Pali. & l. si accepto 19.
in pr. ff. de Acceptat. Sed preplacit.¹⁰⁴

fententia Covarruvie cit. l. n. 5. & 6. & Gon-
zalez ad cap. admonit. 4. b. t. num. 7. inditinde
talem Renuntiationem pro invalida haben-
tium, propter textus in cap. non oportet 19. &
cap. placit. 21. VII. q. 1. in quorum priore talis
Renuntiatione profis in irruum deduci, ac renun-
tiants Ecclesie sua restitujiubetur. Acc. 106
dit textus in cap. ult. b. t. ubi dum Abbas exem-
ptus in manus sui Conventus Prelaturam re-
signaverat, indeque Conventus alium Abba-
tem elegerat, tam Resignatio quād electio
castratur.

Textus oppositus non moror. Nam cap. 107
quād in dubio non tam obseculum quād pre-
sidium

sidiū facit: ed quod resignantes beneficia in manus laicorum illis priventur, non ex virtute Renuntiationis, sed in penam criminis, utl. Pontifex ipsemer in fin. cap. fuggerit, ibi: licet Resignatio talium scilicet laicos nullans obtineat firmatorem.

108 Textus Civiles (quibus alios & prægnationes reponere possem, ostendendò ex l. non dubium s. Cod. de LL. l. græc. 8. §. 7. l. testamen- 10. 49. §. 2. ff. de Fidei assert. & plur. concordant. actum, contra formam à Jure prescriptam celebratum, ex integrō nullum est) extra causis 109 suis extendi non sunt. Dicunt siquidem, acceptilationem ex se non habere vim tollendi obligationem, non verbis sed re contractam, parere tamen exceptionem doli. Adeo loquuntur de modis tollendi obligationes, in favorem privatorum inventis; non verò de forma actuuum, in bonum publicum introductis.

110 Dubitatur IV. utrum in Renuntiatione tacita, quā aliquis ipsò factò privatur beneficio, Superioris authoritas exigatur?

Resp. affirmativè. Textus bonus in extra-vag. excusabilis Joannis XXII. s. qui vero. de Praebend. Flamin. d. lib. 7. q. 3. n. 3. Schmalzgrueber ad h. t. n. 20. Ratio est: quia non solum utilitatem, sed etiam necessarium est, ut quia à beneficio, quod institutione Canonica recepit. Superiore non requiritur non discedat, quantum est de eo disponere, ac vel novum beneficiatum vel Vicarium substituere valeat.

112 Denum ad Renuntiationem validam postulatur eiusdem publicatio, juxta constitucionem Pii V. que incipit Sanctissimus &c. & constitutionem Gregorii XIII. que incipit: huma-nò vix judici &c. ubi mandatur, ut provisum (qualescumque fuerint) de beneficiis resignatis quibuscumque publicationem faciant Renuntiationis novaque provisionis, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in Ecclesia beneficii resignati, dum frequens populus ad Missarum sa- 113 lenia convenierit.

Quodlibet Resignatio statim Ordinario extra Curiam, publicari ju-

betur intra tres mensēs; sin fiat in Curia citra montes seu Italiana, intra sex; & si ultra montes, intra 9. mensēs, prout latius est videre in utraque confititione, quam exhibet Flamin. Paris. lib. 9. & pluribus questionib[us] declarat. Ratio sic confitundi fuit, ut tollantur occul- 114 te & simulare Resignationes; illique, qui jam actu resignarunt, non maneant in possessione beneficii, fructus percipient, ac Sacramenta-fidelibus administrarent &c. Flamin. d. l. q. 1. à num. 5.

Omisā hāc publicatione, beneficia, in ma- 115 nibus Papæ resignata, dispositioni & provisio-ni Apofolice referuntur, nullò penitus jure vel resignanti vel resignatio ulterius competente; adempta quoque resignatio sive illud beneficium à benignitate Sedis Apofolice conseq[ue]ndi.

Que reservatio, num 116 etiam in Germania, stantib[us] Concordatis locam habeat? Acrer disputant Canonista Germani. P. Wieschner ad h. t. 2. n. 118. refe-

rationem tuetur, ex eo fundamento: quod beneficia, in manus S. Pontificis resignata, & non ritè publicata, censeantur apud Sedem Vacare, prout definitum est in Rota in recent.

p. 10. dec. 140. & p. 11. dec. 122. quales vaca-tiones non impedituntur, sed confirmantur in Concordatis.

P. Engel ad h. t. de Praebend. 117 num. 17. & 18. reservationem negat, ex ra-tione: quod Bullæ novæ, ac post Concordata primum conditæ Concordatis, quibus ex-prefit[us] non derogant, non nocent. Ego ju-dicium usque ad casum practicum, mihi pro-ponendum, suspendo.

Id solum moneo, publicationem in Renun-tiationibus, authoritate Ordinarii factis, in Germania vel omnino non, vel non tanto cum rigore efflagitari, prout attestantur Zypæus in Analyse Ftr. Pont. ad h. t. n. 2. Engel cit. n. 17. Piringh ad h. t. num. 109. Wieschner ad h. t. n. 115. Schmalzgrueber ib. n. 40. in fin. idem de Hispania testante Petro de Murga de Benef. q. 3. num. 116. Quidquid in contrarium differat Flamin. d. lib. 9. q. 2. à num. 6.

VII.

Quis effectus sit

plenè acquiratur Rota p. 11. dec. 322. n. 3. & seqq. p. 14. dec. 186. n. 4.

Quandomān verò hāc vacatio inducatur? 121

Quælio est; in qua contra Gomezium & Azorium communis est resolutio, quod, si Renuntatio coram Ordinario extra Curiam sit facta, mox à tempore acceptate Renuntiationis inducta sit vacatio per cap. admodum + h. t. & rationem: quod ea, que mutuo con-sensu coaluerunt, mutuo diligenter plenique concident. Clariss. P. Guetherath sape cit. l. num. 16.

Sin verò Renuntatio sit facta in 122 Curia, ante dignitas vel beneficium non va-cet, quām resignants post acceptatam Renuntiationem de novo consentum suum ex-plicaverit, ob stylum Curie, in qua sic practi-carri scribit Barbola cit. loc. n. 7. & seqq. p. 9. 10. 1. dec. 90. n. 6.

Et hinc Renuntatio in favorem personæ jus resignant non auferit, priusquam beneficium resignatario

Qua-

Quis effectus sit Renuntiationis?

123 Quæres I. qualis authoritas & potestas Prälati Regularibus Benedictis post Resignationem remaneat?

Resp. I. primum ejusmodi Prälati locum post successorem in Prälatura ubique compete-re; quatenus memoria probhabita dignita-

124 tis non penitus sepelitur arg. l. eam legem 14. Cod. de Exculat. Mon. & ibi Brunnen. num. 16.

Panormitanus ad cap. cim ad Monasterium 6. de statu Mon. n. 13. Tamburinus de F. A. tom. 1. disp. 13. q. 4. n. 6. P. König h. t. subn. ult in fin.

P. Guetherath in Porta honoris cap. n. 1. n. 1.

125 Resp. II. consuetudine etiam receptum ef-fere, ut iuxta facultates Monasterii & merita Re-signati anniū quoddam peculiū Prälati hujus generis constitutur. Tamburin. cit. disp. 13. q. 4. p. 7. per tot. ut nempe, sicut reli-quias pristinae dignitatis, sic etiam depositis ad-ministracionis emolumenta & remunerationem quamdiu retineant.

126 Resp. III. omnem potestatem, Prälatura connexam, tam Ordinis quam Jurisdictionis, per Resignationem amitti. Clariss. P. Wex in Epit. Prälat. Regular. p. 1. cap. 7. n. 15. Tora siquidem potestas Prälatorum Regularium non ex charactere aliquo, intrinsecè recepta, sed ex dignitate pender: & consequenter cum dignitate amittitur arg. l. sordidorum 13. Cod

127 de Exculat. Mon. Sed hoc de Jure, quod consuetudine in eo mutatum esse, ut Prälati Resignatis usus Pontificium, fal-tent de licentia novi Prälati, competere

possit, testatur P. Guetherath cit. num. 11. in fin.

Quæres II. an Prälatus, ab uno Monasterio 128 ad aliud in-vel solemniter postulatus, possit in casu Renuntiationis ad locum Professoris reverti?

Resp. negativè. Ratio est: quia, si facultatem revertendi haberet, illa proveniret ex ei, quod remanerit membrum loci Professoris.

Sed verum non est, quod membrum gendi Prälatum in loco Professoris cap. consti-tuti 47. de Elect. quod alias competit omnibus membris Ecclesie viduatae ex cap. 1. n. 66.

partim quia si membrum, & quidem princi-130 pale, illius Monasterii, ad cuius Prälaturam est postulatus arg. cap. quia ingredientibus 2. de Testamento; sicut, cum ius duplicitis Monachatus habere nequeat, ut loquitur textus in cap. fin. de Religis. dom. (cui consonat cap. vo-lentes 1. S. in eos de privilegiis, in 6. quatenus tan-tummodo permittit, ut quis possit esse Reli-giosus duorum Monasteriorum, quorum unum alter subordinatum & incorporatum est) definet esse membrum prioris Monasterii cap. ne pro 37. XVI. q. 1. cap. si quis 3. XXI. q. 2.

Et hanc opinionem contra Joannem An-dream, post Antonium de Butrio, Baldum, & Brixientem, propugnare videntur Panormit.

ad cap. cim ad Monasterium 6. de statu Monach. num. 13. & in addit. ibid. lit. a. P. König ad h. t. sub n. 13. q. V. si Prälatus Regularis &c. P. Guet-therath in Porta honoris cap. 2. §. 6. n. 22.

SECTIO II.

De Depositione.

SUMMARIA.

128 Depositione Prälatura amittitur. 133. Il-lius descrip[us]. 134. & seqq. Et major expla-natio. 137. & seqq. Alio dictum in specie ta-blis: alius vocatus degradatio. 140. & seqq. De-po-sitio in specie quandoque totali, quandoque par-tiali est. 144. Differentia inter hanc & sus-pensionem. 145. Episcopi deponuntur à Sum-

129 Ponifice. 146. & seqq. Ceteri, non exem-pti, deponuntur ab Ordinariis. 150. & seqq. Recensentur crimina, ob qua olim & hodie Depo-sitio sternitur. 153. & seqq. Explicantur spe-ciarum crimina, proper que Regulares Prälati sunt deponendi. 157. & seqq. Effectus Deposi-tionis indicatur.

I.

Quid sit Deposito?

132 Secundus Modus amittendi Prälaturas Ec-clesiasticas aut alia beneficia est Depositio; non illa, qua speciem contractus realis con-slituit, ac rem alterius custodire commendat; sed qua species est poenæ, & delinqüentis de suo beneficio vel officio quidquam auferit. Gonzalez ad cap. si quis 2. de Clerico excommuni-cato num. 6.

133 Definiri potest, quod sit privatio Prälatu-ra Ecclesiastica vel alterius be-neficii, & officii, in penam criminis infixa.

134 Dixi I. privatio. Ut ostenderem, eum, qui

Ecc

II.

§. II.

Quotuplex sit Depositio?

137 D^epositio dividitur in Depositionem in specie, & Degradationem. **D**epositio in specie, que subinde verbalis, interdum simplex appellatur, est, quando aliquis de Dignitate, beneficiis, vel officio Ecclesiastico dejicitur. **D**egradatio, que nonnumquam Depositio realis nuncupatur, est, quando aliquis etiam Clericus exiit, ac omni potestate, iuri, & privilegiis Clericalis Ordinis deficitus, Curia Sacerdotali committitur. Ut rata quam optimè SS. Canonibus, tum Apostolicis tum Pontificis, est perspecta, veluti parat ex cap. 44. Apostol. cap. qui somel 2. Diff. 50. cap. Episcopos 6. XI. q. 3. d. cap. degradatione 2. de Pan. in 6. Gonzalez ad cap. cum non ab homine 10. de Judic. num. 14. Realis rater differetur ad Lib. V. foliisque verbalis hic strictius examinabitur. Igitur

140 Depositio in specie subdividitur in totalem & partialem. **T**otalem est, quā aliquis ab officio simul & beneficio dejicitur. **P**artiale est, quā aliquis tantum ab officio vel tantum à perpetuum privato beneficio vel officio in perpetuum privato beneficio dejicitur. Interim si Depositio

§. III.

Quis habeat facultatem deponendi?

145 D^eponendi facultatem habet Superior & Iudex Ecclesiasticus. Et quidem, si contingere, ut Episcopos vel unus ex Prælatis majoribus Depositionem mereatur, non aliis quam S. Pontifice Depositionem infligere posset; quemadmodum reluet ex Concilio Tridentino, s. ref. cap. 5. ubi causa Episcoporum criminale nullius alterius quam S. Pontificis judicium committuntur. P. Guerathier *l. 1. f. 20. n. 4.*

146 De Prælatis inferioribus distinctione fit inter Exemptos, & non-exemptos. Illorum Depositione, nisi specialia suffragentur indulta, spectat ad Pontificem. Horum (idem est de aliis beneficiis) Depositione spectat ad Ordinarium per textum in cap. in singulari 7. & cap. ea que 8. de Statu Monachorum.

147 De istorum & aliorum Depositione quoniam in cap. felix 4. cap. si autem 5. XV. q. 7. constitutum erat, ut si Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, crimen, Depositione dignum, ad-

§. IV.

Quibus ex Criminibus aliquis deponi valcat?

150 D^epositio nequit decerni, ubi quis crimen non commisit per cap. tua 6. de Pan. cap. qualiter & quando 24. de Accusat. Ejusmodi crimen de Jure communi censetur non tantum homicidium, furtum, perjurium, adulterium, sed etiam crimen levius juxta textum in cap. eti Clerici 4. q. de adulterio de Judic. Verum hodiernis temporibus, ubi rigidor Ecclesiastice disciplina nonnihil est temperata, ad De-

positionem non sufficit qualemque crimen, etiam mortale: cateroquin enim, ut loquitur Pax Jordan *Elucubrat. divers. lib. 10. tit. 4. n. 173.* intanta hominum fragilitate, inquantitate peccandi occasione quam plurimi Depositionis peccatum incurrent. Itaque 152 crimen, ob quod Depositione statuitur, enorme, publicum, scandalosum, aut nimis frequentatum sit, oportet, per argumentum, à seni

Quibus ex Criminibus aliquis deponi valcat?

403

sensu contrario desumptum ex Concil. Trident. in sess. 22. in Decreto de observand. in Missa. ubi præcipitur Episcopis, ut neminem, qui publice & notoriè criminosus sit, sancto altari ministriare permitant. Abbas in cit. cap. eti Clerici n. 33. Wiefner ad tit. de Pan. n. 75. Reiffenstuel *ibid. n. 30.*

153 Porro Regulares Prælati possunt etiam ex causis levioribus à suis Prelatibus deponi, prout differit Innocentius III. in cap. per tuas 32. de Simon. Ubi tamen levioribus non debet accipi quasi positivè, quod supponat leves aut exiguae cauas; sed comparativè & respectivè ad causas alias, ex quibus Episcopi, vel etiam beneficiari faculles ab omni beneficio & officio vel exercitio Ordinū deponuntur, ut probò notavit Clariss. P. Wex in Epitom. de Prælat. 154 reg. p. 1. cap. 7. n. 7. Nam & Piores (necum Abbates & Prælati eminētiores) cùm in Ecclesiis

§. V.

Quisnam sit effectus Depositionis?

155 Efectus Depositionis est, quod, si totaliter sit, aliquem Prælaturam, beneficium, & officium una cum annexis functionibus, usu Ordinum, iuribus, privilegiis, ac prærogativis in perpetuum privet, atque ad aliud beneficium aut officium acquirendum perpetuam inhabilitatem inducat per textum in cap. eti Clerici 4. de Judic. cap. n. Clericorum 13. de Vita & honest. Clericorum cap. in singulari 13. de Simon. cap. lauores 4. de Clerico excommunicato, depos. &c. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 110. an. 1. Reiffenstuel ad tit. de Pan. n. 22. Attamen si aliquis Clericus inferior ob adulterium vel levius crimen fuerit depositus, potest Episcopus, peracta jam penitentia, eum dispensative in pristini

SECTIO III.

De Lapsu Temporis, Morte, & aliis Modis amittendi Prælaturas.

SUMMARIUM.

161. Episcoporum Prælaturas sunt perpetue. 162. & seqq. Illi & Prælatorum Regularium. 164. & seqq. Ex speciali Ordinum statuo vel consuetudine sunt temporales. 167. & seqq. Argumenta demonstrantia, melius est, si Prælati sunt perpetui. 171. & seqq. Argumenta, Pra-

lati temporalibus faventia. 175. & seqq. Mors naturalis solvis Prælaturas aut beneficium. 177. Causa resurrectionis non iuvat. 178. & seqq. Idem præstat mors civilis. 182. & seqq. Enumerantur alii modi, quibus amittuntur Prælati vel beneficium.

§. I.

De Lapsu Temporis.

161 Tertius modus amittendi Prælaturas Ecclesiasticas est lapsus temporis, cui Prælati regimur etat coetatum. Ubi quidem de Episcopis extra dubium est, quod eorum Prælatura sunt perpetue: utpote cum proprietas insolubile matrimonii spiritualis vinculum ne quidem volentes à suis Ecclesiis discedere, vel Episcopatum dimittere possint, ex dictis 162 in cap. 3. an. 35. & in hoc cap. an. 80. Sa-

isque certum videtur, quod etiam Prælaturas Regulares de Jure Communi sunt perpetue, si non positivè, saltem negativè, quatenus illarum duratione nullus positus legitur terminus; nec subditis conceditur, alium Prælatum, quando voluerint, eligere, nisi vel resignationis vel depositionis causa suppetat per textum in cap. nullam 9. XVIII. q. 2. ibi: nullam potestatem de cetero, nullam licentiam Monachis

Pcc 2